

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

Capitulum

.iii.

Secro itaq; vos ego vincetus in domino: ut digne ambuletis uocatione qua uocati estis cum omni humilitate et mansuetudine cum patientia: supportantes inuicem in caritate: solliciti seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Unum corpus. unus spiritus: sicut et uocati estis in una spe uocationis uere. Unus dominus: una fides: unum baptisma. Unus deus et pater omnium: qui super omnes et per omnia: et in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem: dedit dona hominibus. Quis autem ascendit: quod est nisi qui et descendit primum in inferiores partes terre: Qui descendit: ipse est et qui ascendit super omnes celos: ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quodam apolos: quosdam autem prophetas: alios uero euangelistas alios autem pastores et doctores ad confirmationem sanctorum in opere misericordie in edificationem corporis christi: donec occurrant omnes in unitate fidei et agnitionis filii dei: in uisum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi: ut iam non simus paruuli fluctuantes et circumferamini omni uento doctrine in nequicia hominum in auaritia ad circumuentionem et rorsum. Veritatem autem facientes in caritate crescemus in illo per omnia que est caput christus: ex quo totum corpus compactum et conexum per omnem iuncturam administrationis secundum operationes in mensuram uniuscuiusque membri augmentum corporis facit: in edificationem sui in caritate. Hoc igitur dico et testifico in domino: ut iam non ambuletis sicut et gentes ambulat in uanitate sensus sui tenebris obscurati habentes intellectum: alienati a uita dei per ignorantiam que est in illis propter cecitate cordis ipsorum: qui desperantes semetipsos tradiderunt impudencie in operatione immundicie omnis: in auaritia. Vos autem non ita didicistis crinum: si tamen illum audistis et in ipso educti estis sicut est ueritas in ihesu: deponere uos secundum pristinam uisitationem ueterum hominum que corrumpit secundum desideria errorum. Renouamini autem spiritu mentis uere: et induite nouum hominem que secundum deum creatus est in iusticia et sanctitate ueritatis. Propter quod deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini: et nolite peccare. Sol non oc-

cidat super iracundiam uestram. Nolite locum dare dyabolo. Qui furabatur iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Dominis sermo malus ex ore uestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem fidei: ut det gratiam audientibus. Et nolite derisitare spiritum sanctum dei: in quo signati estis in die redemptionis. Dominis amaritudo et ira et indignatio et clamor et blasphemia tollatur a uobis: cum omni malicia. Estote autem inuicem benigni: misericordes donantes inuicem: sicut et deus in christo donauit uobis.

Capitulum

.v.

Stote ergo imitatores dei sicut filii carissimi: et ambulate in dilectione sicut christus dilexit nos: et tradidit semetipsum pro nobis oblationem et hostiam deo in odorem suauitatis. Fornicatio autem et omnis immundicia aut auaricia nec nominetur in uobis. Sicut decet sanctos: aut turpitudine aut stultiloquium aut scurrilitas que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes: quod omnis fornicator aut immundus aut auarus quod est ydolorum cultus non habet hereditatem in regno christi et dei. Nemo uos seducat in uerbis uobis: propter hoc enim uenit ira dei in filios diffidentie. Nolite effici participes eorum. Erat enim aliquando tenebre: nunc autem lux in domino: ut filii lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate et iusticia et ueritate. Probantes quod sit beneplacitum deo: et nolite commutare operibus infructuosis tenebrarum: magis autem redarguite. Que enim in occulto sunt ab oculis: turpe est et dicere. Dies autem qui arguuntur a lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur: lumine est. Propter quod dicit. Surge qui dormis et exurge a mortuis: et illuminabit te christus. Vide te itaque fratres quomodo caute ambuletis: non quasi insipientes sed ut sapientes: redimentes tempus quoniam mali dies sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes que sit uoluntas dei. Et nolite inebriari uino in quo est luxuria: sed implemini spiritu sancto loquentes uobismetipsis in psalmis ymnis et canticis spiritualibus cantantes et psallentes in cordibus uestris domino: gratias agentes semper pro omnibus in nomine domini nostri ihesu christi deo et patri. Subiecti inuicem: in timore christi. Mulieres uiris suis sicut deo: quoniam uir caput est